Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36814
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift



53

USQUAM LINERETUR 7

Vox prophetę dicentis se dm̄ metuere · & nullum alium formidare quia inter aduersa secuti ipse ē eius suffugium · & spū pphetę · spem sibi futurę beatitudinis pollicetur 7

mhebron · Tertio quando regnauit super israhel · Sed de istis tribus unctionibus · medit ad istum psalmum pertinet 7 Dauid figuram xp̄i tenet · Vnctus est xp̄s in baptismo 7

Vox ecclesiae · ad xp̄m dicit se non formidare ullis tenebris obtegi · quam dn̄s semper inluminat & saluat · nec posse ullum timere tali defensore 7

TUAI NS inlu mina tio mea & sa lus mea · quem timebo 7

Confitetur se habere protectionem ipsum dn̄m · id circo non metuit · eorum inimico trepidare · id est diabolo uel heretico · seu aper secutore 7

Dn̄s protector uitę meę · a quo trepidabo 7

Dum appropiant super me truculentium inimicorum · hic uoce ostendit · qui non solum extinguere · sed etiam auiditate furoris ipsas humanas carnes cupiunt crudeliter deuorare 7

Dum appropiant super me nocentes · ut edant carnes meas 7

Qui tribulant me idest daemones uel persecutores · Tunc infirmati sunt quando xp̄s nostram suscepit humanitatem · illi etenim corruunt qui innocentum sanguinem deuorare festinant 7

Qui tribulant me inimici mei · ipsi infirmati sunt & ceciderunt 7

Castra enim ualida munitio est · quā expugnare facile non potest impetus irruentis · sed haec omnia sibi dicit esse contempti

Si consistant aduersum me castra ·